



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Conon Mart. 29. Maii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

298 *Vita Sanctorum.* 29. MAI.

ejus, vestium lacinia, stramen, quod incubitu pressisset, vim medicam habuerat. Hæc alexipharmaea etiam Reges ambiebant. Clotharius, quod virū sanctum parum civili pro foribus morā fatigasset, injuriam febri luit, qua modestior factus, postridie S. viri palliolum osculis trivit, cōque intestinum ignem extinxit. Vnicam literulam chirographi ejus delinxisse, monacho biennium ægro saluti fuit. Fugientem animam illustris fæmina filo de viri ueste rapto retraxit. Alteri jam exanimi cum frigidâ vitam infudit. Vnicā voce flaminas sopivit, Crucis signo compedes solvit, populatores agrorum ursos extinxit, rotas dæmonum carceras fugavit. Et tamen hic morborum, & ipius ad eō mortis triumphator, obitus sui diem non animo modo, sed oculis etiā ingerere non destitit; hoc ad lecti spondam epigrammate affixò, V. KAL. IVNIAS: id quo spectaret non ante intellectum est, quām eodem die octogenario proximus decederet. Tu, si sapis, ne incerta hora te mortis fallat.

*Omnē crede diem tibi diluxisse supremum.  
Ex Surio.*

S. CONON MART. 29. Maii.

NObilitatem CONONIS inde æstimmo, quod totis elementis imperavit.

vit. Nam & ruentis fluvii impetu-  
tam diu suspendit, dum homines otiosi  
transirent; & alias latè campos inun-  
dantem ad modestiam revocavit vete-  
resque riparum leges. Sed adeste & pa-  
rentes, & filii, & officium vestrū discite.  
Ecce XII. annorum filium pater secum  
ad tyrannum ducit, idque orat, quod  
pauci orant parentes: *Liceret secum mori*  
*filium videre, vel ante se etiam; suave sibi*  
*fore etiam contra aliorum parentum vota,*  
*filio oculos claudere.* Sciret iudex totum  
**CONONEM** non moritum. si in filio,  
hoc est, in dimidio sui, viveret. Itaq; simul  
filium neci daret, si totum occisum patrem  
vellet. Nec verò non lubens comes i-  
verat ad mortem patri filius, utiq; sic sci-  
pio fessæ, & morientis ætatis. Sed & fa-  
cili aure preces tyrannus audivit. Quare  
utrumq; in craticulam abjicit, igne sub-  
jecto formidandam; in plumis dices  
molliter decumbere. Oleo bulliente à  
flammis perfundit; inungi ad luctam  
crederes. In succensam fornacem im-  
mittit; ut inter hortos cum patre filius  
deambulat. Suspendit patrē, appendit  
dulcem appendicem filium; flamas  
iterum subdit, manus invictas malleis  
frangit. Interea canere illis arrisit; vis  
nosse quam suaviter? non dubitavit  
vocē illis suam Angelus jungere, quam  
ut primū illi audierunt, non placuit  
jam morari in vitā, illuc abierunt.

ubi

300      *Vite Sanctorum.*      29. MAI. II.  
ubi canere Angelos nunquam non au-  
diren, Ex Baron. & Pet. de Natal.

B. ANDREAS DE CHIO M.  
29. Maii.

ANDREAM habes MARIAE, ut pau-  
cis dieam, corculum. Juvenis annos  
natus XXVII. cum febri astuaret, vovit,  
si VIRGO salutem donaret, fese ei in-  
vicem castitatis florē donaturum. Voti  
damnatus integritatis propositum pa-  
lam candidā veste professus est, ut or-  
bis sciret VIRGINIS euni candidatum  
esse, & vestium nives virginis animi  
essent indices. Et quid ni sic candidatus  
martyrum etiam honores prensaret?  
Enimvero Constantinopolim abiit eo  
ipso tempore, quo fidem Christi pro-  
didit, nescio quis, philosophus. Quisquis  
fuerit, hoc etiam nomine indignus fuit.  
Certe potuit barbatus histrio à juvene  
ANDREA discere, primum in Chri-  
stianā philosophiā dogma esse, mortem  
pro Christo contemnere. Captus enim  
blanditias, & aurea promissa risit. Sa-  
vientium verò impetus velut cautes in  
mari fluens excepit. IX. omnino dies  
carnificina duravit. Inter quos potuere  
Mahometani flagellis, & uncis lacerare  
corpus, sed non animum: locis suis  
artus ejicere distrahereque, sed non in  
suam sententiam trahere: gladiis hu-  
meros secare, membra singula per fin-  
gulas